

DE
CONTRACTIBVS.

TOMI TRES.

PRIMVS

De Contractibus in genere.

SECUNDVS

De singulis Contractibus lucrativis.

TERTIVS

De singulis Contractibus onerosis.

Nova Methodo ex iuris vtriusque legibus, & Theologorum,
& Iurisperitorum placitis concinnati.

AUCTORE

PETRO DE OÑATE VALLISOLETANO

Theologo è Societate IESV quondam
Prouinciali Paraquario.

PRIMVS TOMVS.

DE CONTRACTIBVS IN GENERE.

Tractatum Catalogum versa pagina dabit.

CVM PRIVILEGIO.



ROMÆ,

Ex Typographia Francisci Caballi. M. D. C. XLVI.
SUPERIORVM PERMISSV.

Bibliotheca Collegij Regalis Salamant. Societ' Iesu



**DICO EGO OPERA MEA
REGI**

Sæculorum immortalī, & inuisibili.

SOLI DEO VNI, ET TRINO,

**IESV CHRISTO D. N.
VERO DEO, VERO HOMINI,**

Vnigenito DEI, Vnigenito VIRGINIS,

eidemque

REDEMPTORI, SALVATORI,

GLORIFICATORI MVNDI.

&

Beatiss. **VIRGINI MARIAE** Matri eius
fine labe originalis peccati **CONCEPTAE,**

&

Beatissimo Patriarchæ **IGNATIO P. M.**

Sanctissimæ Societatis **IESV** Sanctissimo

FVNDATORI.



LEVAVI OCVLOS MEOS IN MONTES

VNDE VENIET AVXILIVM MIHI.

PSAL. CX.

5 2

Tomus Primus

DE

CONTRACTIBVS
IN GENERE.

Primo, & vnico Tractatu comprehensus.

DEO DVCE.

Materia de
contractib;,
late patet.



Agredior opus vastissimum, difficillimum, vtilissimum, contractuum. Vastissimum inquam, quia continet materiam de contractibus in genere, & speciebus eius, quae sunt plusquam 30. vt infra eas percensendo palam fiet, quarum vnaquaeque iustum exigit volumen, si pro dignitate tractanda sit: vt a multis DD. factum videmus, & gaudemus. Quare immensum hoc pelagus, seu potius infinitum chaos, seu instabilem terram, inabilem vnda, lucis egens aer, nemo Doctorum (quod sciam) totum transuadare ausus est. Difficillimum, quia auaritia (idolorum seruitus) cuius praecipua palestra contractus sunt, cupiens per eos omniam rerum dominia sibi vsurpare, tot technis, & tricis, caccisq; labyrinthis eos intricanit, vix, vt ex tot laqueis extricare se quisquam valeat, cum mille nocendi artibus, & decipiendi ipsa pollear. Accedit quod iura ipsa, & leges tot sunt praecipitis positivis, & cautelis implicata, & involuta, vt alicui forsitan [immo & ipsi Diuo Bernardo in lib. de consideratione ad Augenium] potius implicare contractus, quam explicare; & litibus ansam praebere, ac aeternas reddere, quam finire, aut sopire videantur. Sed nunquid ideo animum despondebimus? Minime quidem: quia vincet vtramq; difficultatem vtilitas tanto digna labore, tot exhaerentis difficultatibus, non solum pars, sed etiam exuberans premium: Est enim materia haec Theologiae maxime, qui sacris aures confessionibus praebent pernecessaria, Iuris peritis vtriusque conducibilis, Iudicibus, & iustitiae ministris expetibilis, mercatoribus in primis appetenda, omnibus demum, etiam infimi vulgi hominibus valde proficua: quia ab omnibus contractus celebrantur, & frequentantur, sine quibus vita haec, & quidem frequentibus transigi non potest. Quare ego, illis enodandis, quicquid est laboris, industriae, peritiaeque meae, quod sentio quam sit exiguum, libenter impondam, & superimpendam.

Est valde dil
ficilis.

Sed vtilissi
ma.

Diuiditur co
tum opus in
tomos, tra
ctatus, dispu
tationes, &
sectiones

Magna pars
iuris de con
tractib; agit.

Age igitur felicibus auspicijs Omnipotentis Dei, Virginisq; Matris Deiparae tantum opus arripiamus: quibus fretas totum opus in tres tomos diuido. Primus hic continebit tractatum de contractibus in genere. Secundus de contractibus iuratiis. Tertius de contractibus onerosis; de singulis singulos tractatus. Tomos enim in tractatus diuido, tractatus in disputationes, disputationes in sectiones, sectiones in numeros methodi, & claritatis gratia, cui maxime studui, & iniudandi in toto opere.

Extant de hac materia in iure quam plurimi tituli: itaut si omnes, qui ad eam pertinent, ideo ad contractus, vel effectus, vel causas eorum in vnum conferantur, exillimem minimam iuris voluminum partem sibi vendicaturus. Nam praeterquam quod de singulis contractibus singuli sunt tituli, & aliquando res, & quatuor: speciatim de contractibus in genere agitur sub titulo de verborum obligat. & de oblig. institutis ff. & C. & extra in decretalibus, & de pactis, & de stipulationibus vtilibus, & inutilibus in vtroque iure. Quos omnes titulos pro viribus explicare conatus sum, eis confirmando quicquid de contractibus assero, & leges quas con-

